

bant tamen, ut non omnia recte intelligerentur, & nonnunquam recte intellecta non satis recte enunciarentur.

LVI. *Lurberum* quod attinet, etsi Adversarius illum h. l. non alio nomine in suas partes vocet, quam quod librum Theologiæ Germanicæ sua præfatione commendaverit; (quod quam infirmum præsidium sit, res ipsa, nemine monente, loquitur:) ut tamen luculenter appareat, quam longe abfuerit Theander a sententia illa de visione intuitiva, fidelibus in hac vita, velut anticipando, divinitus conferri solita; age, pauca indicabimus loca, quibus dissensum suum profitetur, & negativam propugnat sententiam. Præ cæteris legi meretur sermo de *Beata Spe* ex Ep. ad Tit. II. A. 1531. habitus, T. V. Altenb. fol. 603. seqq. ubi ex professo exponit discrimen inter hanc vitam *Spei*, & vitam alteram *Manifestationis*: seu inter vitam præsentem, quæ sit tantum *Fidei*, & vitam alteram *Aspektus* p. 607. atque urget dicta eadem, quibus nos utebamur 1. Joh. III, 2. & 1. Cor. XIII. 12. Alias autem Tom. II. Altenb. fol. 408. b. in Explic. Cap. I. Ep. I. Petri ostendit, quomodo *vita hæc & vita altera*, quæ in intuitiva Dei visione consistit, consistere una nequeant: (sie können einander nicht tragen / ait) Et Tom. III. Altenb. in Explicatione cap. III. Exodi, fol. 349. a. scribit: Der Glaube und das ewige Leben sind zwoerley. Ich habe das ewige Leben in der Verheißung / und nicht im Wesen / jetzt hab ichs im Finckel / und sehe es nicht / sondern glaub es / hernacher werde ichs wohl fühlen. Confer. Explic. precatationis Christi Joh. XVII. Tom. VI. Alten. fol. 356. b. 357. a. & Explic. Epist. ad Galatas. Tum eod. fol. 579. a. ubi hæc leguntur verba: Wir haben noch immerdar mit Gott also zu schaffen / daß Er uns verdeckt und verborgen ist / und ist nicht möglich / daß wir in diesem Leben von Angesicht zu Angesicht bloß mit Ihm handeln können / sondern wir sehen Ihn (wie S. Paul. sagt) gleich als in einem Spiegel. 2c.

LVII. Patet ex hæcenus dictis, quomodo *qui multa millia exemplorum Sanctorum* jactavit, in paucis, quæ memoravit, nullum invenit præsidium. Patet etiam, quid sentiendum

dum